GretagMacbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart
inches
centimeters
D50 Illuminant, 2 degree observer
Density
Golden Thread
Colors by Munsell Color Services Lab
Dan Williams

Incipit lib̄ p̄m⁹ sancti iohā
nis ep̄i de ꝯpunctione cordꝭ

Cum Te intueor bea
te demetri frequent̄ i
sistētē michi et omni
cum vehemētia exigē
tē decordꝭ ꝯpūctiōe
ꝑmōꝫ admiror vald' ⁊ b̄atā iudico
siceritatē m̄tꝭ tue atq; ai puritatē
Neq; em̄ possibiᵉ ē cuiq̄ ih⁹ cēodi
ꝑmōis vēire d̄sideriū nisi ei q̄ p̄⁹ se
metip̄m purgat a vicys atq; oib⁹
secularibus curis superiorem sese
celsioremq; constituit Cuius rei in
dicium haut difficulter assumitur
inde precipue .quod si quos forte
horum amor exigua saltem ex par
te contigerit tanta in eis repente
efficitur mutacio .vt confestim ter
rena relinquere atq; ad celum pro
perare contendant .vt velut mo
lestissimis quibusdam vinculis se
culi scilicet curis animam resoluē
tes volatu celeri ad propria eam
redire sinant .et adcognita recur
rere Sed hoc alys fortasse raro ac
cidit .te autem o venerabile caput
certum est indesinenter hoc igne
succendi .Testantur enim de his
diurna studia tua noctesq; perui
giles lacrimarum fontes .et amor
quietis .silentyq; desiderium non
solum iugiter permanens in ani
mis tuis .sed et semper increscens
Quid ergo tibi amplius addere
poterit nostri sermonis oracio Nā
hoc ipsum quod cū ad summum
virtutum verticem veneris temet
ipsum tamen cum hys reputas q̄
adhuc humi repunt et volantem
profectib⁹ animam lapideam vo
tas Ita vt frequenter tenens dex
teram meam .et deosculans cum
lacrimis conteras et emollias du
rum et excecatum cor meū . quan
te religionis esse ducam . quantū
q; inte estimem diuini ignis ardo
rem . Et si quidem dormiētes nos
cupiens suscitare ad istud opus ac
cedere ac pertrahere voluisti con
silium sapiens miror .et amplector
prouidentiam .Si vero aliquid ti
bi vere ex hoc vtilitatis conferen
dum putasti . etiam inhoc nihil
ominus docuisti nos requirere
quid magis nobis quam tibi desit
Veruntamen quo quomodo tibi
visum est parebimus .vel propter
timorem et mandatum dei neq̄d
poscenti denegemus . vel propter
amorem tuum quem erga nos plu
rimum geris .tu tamen nos pro
hys aduicem oracionibus remu
nerare vt et vitam nostram possi
mus rectam seruare de reliquo .et
in opere presenti dignum aliquid
dicere quod possit remissa et disso
luta genua constringere .⁊ animas
humi iacentes erigere . Unde ergo
nobis vnde verbi huius sumitur
exordium Que ei prima fundamē
ta .que crepido ponitur Ego non
alia puto huic digna esse pricipia
nisi verba domini mei iesu christi
quib⁹ lugꝫ q̄dē ridētes beatos aūt
dic̄ lugētes Ita em̄ ait in euāgel io
beati q̄ lugēt q̄m ip̄i ꝯsolabūtur ⁊
ve his qui ridēt nūc q̄ ip̄i lugebūt
⁊ flebūt .et merito lugēdū em̄ ē .et
v̄e lugēdū p̄ntꝭ vite tp̄⁹ .i quo tā
tā malo⁊ labē tāta cottidie vidē⁹
flagicia cumulari . Que si velis
considerare per singula [illegible] nem

poteris a lacrimis temperari. sic omnia confusa. sic omnia resoluta vt virtutis ne vestigium quidē vsquā videas nequitia vero et luxuria repleta esse cuncta pspicies. et quod est infelicius perurgentium nos malorum iam nec ipsi sensum capimus nec alys prebemus. Sed sumus velut corpus extrinsecus qdem indumentis ad ornatum. intrinsecus vero tabe pessimi languoris absumptum. ⁊ contingit nobis quod illis solet qui vel frenesim paciuntur. vel mente capti sunt. a quibus cum multa turpia et periculosa vel dicantur. vel etiam gerantur nec pudoris tamen aliquid nec penitudinis capiunt. quinimmo magnifici sibi ac sapienciores sanis vidētur et sapientibus Ita ergo et nos cum omnia que sanitati contria sūt geramus. Ne hoc ipsum quidem quod de est nobis sanitas nonim⁹. At enim si forte in corpore parū aliquid morbi pulsauerit statim ⁊ medicos adhibemus et pecuniam pfundimus. et omnes obseruantias que competunt gerimus. nec pri⁹ cessat. q̄ que molestas mittigentur anima vero cum cottidie vulneret cum per singula lanietur vriatur p̄cipitetur. et modis omuibus pereat. Nec parua quidem pro ea cura nos sollicitat. Sed horum causa ē quod omnes pariter morbus obtinuit. et tamquam si accidat multꝰ sub vno languentibus presto esse neminem sanum. Certum est quod omnes pariter corrumpat et absumat iniuria. dum nemo est qui vel oportuna prebeat vel in portuna pbibeat. Ita et in nobis dum nemo sanus est. sed omnes languemus. aly maiore. aly minore exparte nēo est qui curet. omnes enim indigēt cura. Etenim si quis extrinsecus vnde cumq̄ adesset et preceptorū christi ac nostre conuersacionis confusionem ac perturbacionem videret. nescio si alios magis vllos q̄m nos inimicos esse et contrarios preceptorum christi iudicaret. et quasi qui studium quoddam habuerimus contraria in omuibus gerere que ilic mandauit Sed ne quis forte putet exaggeracionis causa a nobis hec verba proferri probamenta iam nunc adhibeo non aliunde quam ex ipsis cristi mandatꝰ Quid ergo dicit christus. Dictum est inquit antiquis. Non occides ego autem dico. quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha re⁹ erit cōcilio. q̄ aūt dixerit fratri suo fatue. re⁹ erit gehēneigis nec quidē christ⁹ nos autem plus quam increduli et infideles calcamus hanc legem. et cottidie in numeris iniurys fratres nostros afficimus. quodq̄ magis ridiculo sit nomen ipsum fatuos dicere obseruantes. multo acerbiores quam ex hoc nomine videntur conferri irrogamus iniurias. quasi vere ille solus ꝑmo sit cui pēa deputata ē ⁊ nō huius ꝑmonis indicio omne dictū

quod ad iniuriam pertinent refere
tur Deniq; apostolus paulus hūc
eundem sensum latius explicās ait
Nolite seduci neq; fornicarij neq; i
dol' seruiētes neq; adulti neq; mol
les neq; masculorū concubitores ne
q; fures · neq; auari · neq; ebriosi ·
neq; maledici . neq; rapaces regnū
dei possidebunt . In quo ostendit
quia sub generalibus nominibus
viciorum multe species peccatorū
pariter concludantur . Et sine fatu
um quis dixerit siue vanum . sine la
tronem . siue quolibet alio nomine
iniuriam vel maledictum ingesse
rit . er quolibet horum vocabulo sb
maledicti titulo gehenne ignis sup
plicijs condemnatur . Facue enim
et racha quod ait hoc est quod o
stendit quia ne leue quidem et mi
nimum in fratrem collatum vicium
relaxabitur · atq; ob id deuioribus
sententiam dedit . Christus aut de
grauioribus dubitare non debeas
Quod si qui estimant sicut ego qui
dem noui nonnullos putare i er
roris causa etiam imparuis exagger
rari minas precepti . super est vt de
ceteris omnibus mandatis quorū
prevaricationibus pena ascribitur
similia sentiant . Quod si terroris
causa et non pro ueritate supplicia
promittuntur . consequens erit vt
etiam bonorum pollicitationes ad
hortandi tantummodo et non ve
ritatis gratia promittantur . Et si
ita de vtraq; parte sentiamus reso
luta sunt omnia religionis nostre
dogmata . si nihil aliud omnibus
mandatis ac preceptis diuinitus
datis agi dicitur nisi aut vt bono
rum vana spes hominis . aut pena
et terror inanis āstringat . Sed di
cis Quid ergo maledicus cum ad
ultero et auaro et idola colente dā
nabitur si eam quidem penam lu
ant . Nec qualitate nec quantita
te dimensam . alterius est temporis
requirere . Quod autem regno celo
rum similiter arcebuntur paulo cre
do p spiritum dei loquenti cui ve
ro omnes credere debemus . dicen
ti inse christum loqui Illa enim dia
bolica decepcio ē . qua hec ad terro
rem dicit hominibus scripta · vt re
soluat diuini iudicij · ac futuri sup
plicij metum . et remissiores nos er
ga obedientiam reddat . et custodi
am mandatorum . Obhoc enim di
abolus tales suggerit sensus · et in
telligentias huiusmodi ignauas āi
mas docet . Vt presentis interim
temporis resoluat nigorem arguen
das sine dubio in die iudicij vbi iā
nihil proderit . Quid enim vtilita
tis erit huic qui nunc seducitur · Si
tunc intellexerit errorem suum cum
penitendi iam non erit tempus .
Non enim inaniter decipiamus
nosmetipsos . neq; circumscriba
mur in perniciem nostri neq; aliam
nobis penam incredulitatis crimi
ne conquiramus Non enim solum
si inobedientes simus mandatis
christi . Sed et si increduli existam⁹
supplicia nobis manebunt . non
credere autem ex eo accidit cum re
soluimur ad explenda mādata ne

forte rei videamur contemptus et conscientie pondere pregrauemur ad abiciendum preuaricationis metum alijs nos metipsos prauе intelligentie laqueis irretimus. et desperantes de innocencia legum penas putamus posse euelli vt sepe homines egri cum multis febribus aguntur. Si in aquas semetipsos iecerint ad presēs q̄dē aliq̄d vident sibi q̄sisse solatu. Multiplicatas vero corporis sui flamas febrium reparāt Ita et nos agimus. cum stimulamur conscienencia peccatorum. Et inberebum nos vel lacus contritos prauе intellegentie precipitamus. Ex hoc eniam necessario quasi licite peccam? Et non solum presentibus irasciumur fratribus sed et interdum etiā cum absentibus litigamus. Sic enim per licentiam feritas increscit. Et maiores quidem ac potentiores etiam si iniurys nos. Etiam si contumelys nos agunt sufferimus et cum mansuetudine ac subiectione portamus verentes nequid ab eis grauius paciamur. In tantum humanus metus timori dei preponitur. Et que tandem spes nobis erit salutis. tantum defectum tantumq̄ contemptum gerentibus in mandatis diuinis. Dic tamen mihi quid graue exigit a nobis crist? aut quid onerosum. Noli inquit irasci fratri tuo sine causa. Nam multo hoc leuius est quam si tu alium feras irascentem tibi sine causa. nā ab alio iam congregata est iracundie materia. Dic vero qui arguat nullus est si non tibi ipse flammam succendas iracundie. Nunquid simile est ab alio tibi ingestam facere tollerare nec incendi et nullo instigante quiescere et silere. Illud ferre posse hoc est alterius iracundiam summe philosophie est. Vt autem tu non in flammeris frustra ad iracundiam laus quidem nulla quod non irasceris sine causa Si vero irasceris inaniter summe vanitatis stulticie est nota. Cum ergo quod maius est propter timorem hominum feras. propter timorem dei. nec minimum quidem et exiguum patieris. Et est qui in huiusmodi commissis semetipsum prestatuat reum. aut iudicio diuino non discernat obnoxium. Noli ait irasci fratri tuo sine causa Omnem hominem fratrem tuum iudica In crist o enim neq̄ iudeus neq̄ grecus. neq̄ seruus. neq̄ liber. neq̄ masculus neq̄ femina Sed omnes vnū sumus. Propter quod nec erga famulos quidem preceptum istud neglegendum est. Sine causa enim nec contra ipsos debemus irasci. Quia et illi a cristo. simili vt tu libertate donati sunt. Vide ergo iam quis erit immunis a culpa. Aut quis est qui non dicatur penitus alienus. sed qui raro saltem decipiatur hoc vicio. Et quando ad illud veniet vt omnino numquam in hoc incurrat. Hoc namque sermo institucionis exposcit. Sicut enim qui fur nō vult dici nūq̄m om

niuo furatur .neq; adulter ne forte etiam ex vno adulterio adulter no minecur ita et maledicus tamquã ab adulterio refrenare debet a con tumelia linguam suam ne cum etiã pro vno lapsu maledicum faciat. et iniuriosum Illud quod in conse quentibus habetur. Quis non infi delium etiam fabulosum iudicet cũ tamen eternadi voce sanccitum sit Ait enim .Si offers munus tuum ad altare et ibi recordat⁹ fueris q̃r frater tu⁹ habet aliquid aduersũ te relinque ibi munus tuũ ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offers munus tuũ. At nos pugnas habentes in inuicẽ et dolos in corde versantes accedi mus adaltare. et cum deus tante cure reconciliaciones nostras habe at vt paciatur munera sua relinqui ꝛ ante altare imperfecta manere at q; interrumpi ministeria sua donec tu eas et resoluas iracundiã discin gas inimicitiam cum fratre tuo nos nec hoc ipsum erubescimus sꝫ dies multos patimur permanere inimicitias .et trahimus sicut funẽ longum discordias. Non enim ira cundos et malitie memores punit deus .sed et eos qui irascentes aut offensos fratres neglegunt et con temnunt .quomodo quidem hy qui passi videntur iniuriam neces sario dolent et irascuntur. qui vero fecerunt nec doloris aliquid nec ira cundie gerunt. Ob hoc ergo hunc qui ab iracundia liber est. adducit ad illum qui in dolore est et liber nõ est. Ostendens quia criminis hui⁹ noxa penes hunc magis est. qui et causas peccati dedit Sed nec sic q̃ dem emendamur .persistimus eni etiam pro rebus nullis contristare fratres et quasi nihil mali fecerim⁹ de satisfactione negligimus et in ob liuionem tradimus culpam et ini micitias in tempus longum protra hi patimur ignorantes quod tan to longior nobis erit pena quanto discordia Ubi enim amicitia per manet nihil facile creditur. nihil fa cile recipitur quod discidium pos sit operari Si vero inimicitie semel occupauerint animos omnia que fiunt que dicuntur que audiuntur ita accipiuntur. et ita intelliguntur vt maiores et longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni di catur de inimico non credit. si q̃d autem mali hoc solum creditur et confirmatur Iubet ergo dominus relinqui donum ante altare et pri⁹ reconciliari fratri: vt ex hoc disca mus quia si nec illo in tempore quo ad ministerium dei videmur acce dere reconciliationem dissimulari ac differri non patitur deus .quan to magis curari hoc in alys tempo ribus iubetur. Nos vero imaginẽ quidem colimus precepti veritatẽ vero ipsam virtutemq; neglegim⁹ Nam osculum pacis porrigere tempore quo munera offeruntur i vsu est .sed vereor ne plures ex no bis labys hoc tantum michi faci ant Cum cristus pacem non exore sed ex corde desideret. Et affectu

uelit proximum non labys saluta
ri . Si enim pa non habetur in cor
de quasi inscena res agi videtur et
ludo vnde eracerbari per hec deus
credendus est potius quam placa
ri. Puritas enim et veritas est que
placz in conspectu dei respuit autē
et odit omne quod simulatur et fin
gitur . Et hec agimus homines q̄
bus neqz irasci neqz inimicos ha
bere precipitur ant si forte irasci ac
cidit mandatur vt sub die vel ira
cundiam nostram vel inimicitias
finiamus in hoc enim constrigi
mur precepto illo quo ait sol non
occidat super iracundiam vestram .
Nos ecōtra nec hoc quidem contē
ti sumus vt iracundiā vltra solis ter
minū p̄ducam⁹ sed et insidias inui
cem instruim⁹ siue verbis siue reb⁹.
supplantare p̄primos cupientes mor
dentes inuicem et cōmedentes qd
vtiqz a pte insanie est Quid em̄ ali
ud faciunt insani et demone repleti
nisi mēbra sua morsib⁹ laniant . Jā
vero que de aduersario p̄cipiuntur
vel de cōcupiscētia illicita de visōe
oculorū oculus em̄ dextra et man⁹
dextra non aliud indicat nisi eos q̄
vos amant amant quidē sz inutilit
amant sz et que non derelinquēdis
vroribus p̄cipiuntur quasi nec mā
data nec scripta sint cōtempnūtur
Nam de non iurando erubesco p
ferri in medium non solum p̄pt̄ iu
ramenta sz et p̄pter piuria Si enim
vere iurare crimē est et p̄uaricatio
mādati piurium vbi ponim⁹ si su
pra est et non quicq̄d fuerit a malo
est Supra hec iā que p̄ferunt quo
eunt post hec ait Si quis te p̄cusse
rit in dexteram marillam conuerte
ei et alteram et volenti tecum in iu
dicio contendere et aufferre tunicā
tuam remitte ei et palliū si quis an
gariauerit te mille passus vade cū il
lo duo petenti te da et volentē mu
tuari abstene auertas . ad hec quid
dicemus p̄ singulis enim his lacri
me tantum modo p̄ferende sunt et
cōfusio habenda est Apta em̄ con
tra hec omnia militamus ad indi
cia nāqz et rixas ac bella cōsurgim⁹
Dati autem aliquid ex his que scri
pta sunt et ferre tollerantes neqz in
verbis neqz in rebus amplectimur
sz et si in aliquo leuiter saltim pulse
mur cōtinuo velut fere bestie insur
gimus Quod si p̄feras mihi aliquos
qui forte cōtempserint censum suū
et pauperibus largiti sint post hoc
vero despecti p̄penuria multa pas
si sint mala paucos et valde pau
cos tales inuenies Qd̄ et si ostende
ris aliquem nō tamen talem qualē
sermo euangelij describit philoso
phum demōstrabis Hic em̄ euan
gelicus philosophus describitur . n̄
tam qui sponte dederit letus nam
q̄ est et exultat qui volūtate largi
tur sz qui inuitus iniuste dirept⁹ sit
et constanter tulerit ac patienter
Et quid dico tulerit patienter am
plius aliquid t excelsi⁹ ip̄i sermo cō
ponit Magnū est nescio quid et imē
sum est quo sublimare voluit ani
mas quas ad p̄fectionis culmē inui
tat Non solum inquit iniuriam pa
tiens nihil iracundie moueas ad
uersū cū q̄ iniuriā facit t n̄ solū p̄ his

que abstulit indigneris sed et si qd
forte tibi subrelictum est id sponte
largire ei qui abstulit totum. Cum
enim is qui adiripienda que tua
sunt iniquo spiritu accensus adue-
nit. si te pniorē reperit inlargiendo
quā ille venerat in diripiēdo. Qua-
uis sit ille ferus quamuis in manis
et barbarus erubescet bonitatē tu-
am mittigabitur a furore Resipisc
continuo et facti pigebit ac suū qdē
peccatum exhorre cet tui vero ani
mi virtutem mirabitur et amabit.
Sz hoc ego vbi nūc inuenio cui? ta
lem vitam mirabor cui? tales act?
rep periam. Solū fortasse scriptum
hoc legere in diuinis paginis poto
geri vero et impleri opibus nescio si
videbo Nolo enim nunc mihi ali-
quem passum iniuriā pferas paciē
ter tulisse Hoc enim potest fieri et
p eo fortassis quia vicem reddere q
passus est ac similia referre non po
tuit. aut et si potuit temp? fortasse
non habuit aut t si temp? fortasse
non habuit aut si temporis fuit. t
p omnia potuit sep pter dei timorē
continuit. Sed demus ei pacientie
palmam Nūqd nā hoc facere pon
tuit vt cupiditatem nocentis non
expleret solum sed etiam superaret
et plus cederet quam ex peteret. ac
violenter que sua sunt auferenti of-
ferret etiam reliqua et volūtas etiā
ea largiretur que iam cupiditas nō
querebat. Amplius ad hucaliqd
et eminentius cristi philosophus
docetur a cristo. Nunc inquit qui
diripuerit que tua sunt qui leserit
qui nocuerit non solum donis lar-
gioribus cūmula sed dilige et ami-
cum habeto et tota caritate constrī
ge intantum inquit vt et ores pro
ipso t deo preces p anima eius fun
das qd vtiq; inditiū est summe et
ppetue dilectionis Verūne iterum
putes hec cohortari magis quam
vere dici. etiam causam dicti hui?
necessariam Imo diuinus exponit
ait enim Si dilexeritis eos qui vos
diligunt. que vobis merces ē noñe
et publicani hocidem faciunt. et si
salutaueritis eos qui vos salutant
quid amplius facitis nonne et gen
tiles hoc faciunt. Vides ergo quia
volens discipulos suos cristus pstā
tiores esse ceteris hominib? idcirco
hec eos facere docuit. Sed si nos i
bis nec publicanis nec gentibus ef
ficimur meliores. nonne lugendi
et plangendi sumus. Quinimmo
tantum nobis de est. et intantum
longe sumus a diligendis inimicis
vt nec amicis quidem amoris vicē
caritatisq; reddamus. sed econtra
rio etiam odio habemus diligētes
Cum eni inuidemus et emulamur
bonis et omnimodis vel in dictis
vel infactis existimacionem eorum
laudemq; subrui volum? et obscu-
ari. quid aliud est nisi summi ody
et extreme inuidie inditiū. In quo
vtiq; non solū gentib? et publicāis
neq quam differim? sed multo etiā
inferiores existimus Xp̄us enim or
are nos p calumniātibus iubet et
nos insidias et dolos etiam amicis
concinnam?. Xp̄? maledicentibus
benedici iubet nos econtrario aut
pores maledicimus aut maledictis

alterius multiplicata maledicta re
stituem⁹ Non tibi vident̄ omnimo
dis cōtraria esse vt dixi p̄ceptis cri
sti que gerim⁹ et magis pugnā esse
nobis contra eū q̄m obedientiam.
Nam vane glorie iactantie ⁊ super
bie tyrannidem q̄m ille q̄dem ver
bis suis destruit. nos autem gestis
nostris et opibus edificamus quo
modo exponam cui⁹ a nobis vix il
la ⁊ in orationib⁹ ⁊ in ieiunijs atq̄
elemosinis p̄feruntur et ceteris om
nib⁹ rebus gestisq̄ nostris aptan
tur cuiq̄ velut empta mācipia sub
iacemus et ceruices nostras omni
bus eius ludibrijs subiugam⁹ Tā
tus em̄ hominibus diuinorū p̄cep
torū ꝯtemptus inest vt et iā si quid
facere videātur ex mādatis ne hoc
ipsum deo qui mādauit expendant.
sed deceptioni vane et inani glorie
que gesserint cōsecrent ita in vtro
q̄ modo pari damno feriantur et
cum facere videntur que mandata
sunt et cū omnino nō faciūt sic ex ōi
parte hominū genus intra suos la
queos malignus innexuit. Qd̄ et si
quis potuerit ab his se nexib⁹ exue
re cautiusq̄ et attentius que man
data sunt adimplere malū ingēs cō
tinuo sup̄bia obripit in qua est lap
sus diaboli Hec em̄ etiam illū deie
cit quātomagis hominem. Quā q̄
incurrerit nō solū ea que operat⁹ ē
sz et semetip̄m parit̄ p̄dit. Ego aūt
noui plurimos eorū p̄cipue qui vi
dentur distribuere indigentib⁹ pe
cunias suas nō solum sup̄bie vel ia
ctancie incurrisse laqueos sz et ali
os multos Nōnullis em̄ ob hoc lar
giunt̄ vt amētur aut his certe quos
amant aut quorū p̄sonas erubescūt
sz et alias his similes occasiones in
currūt p̄ quas iam nō mandato d̄i
opus qd̄ factum ē assignetur sz hu
mane volūtati. Cum ergo tot et ta
lia sint que corrumpant actus ho
minū et iā bonos quis hominū sal
uari pōt qui in hec inciderit mala
Jam vero illud qd̄ scriptum est vt
dimittātur nobis debita nostra si
cut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ no
stris quis nā est ex hominib⁹ qui cū
fiducia audeat dicere deo. qr ⁊ si ni
hil mali faciamus inimicis et debi
toribus nostris habem⁹ tñ itra nos
insanabile vuln⁹ offense. xp̄s vero
nō ita vult nos ignoscere delinquē
tibus sz vt etiā amem⁹ eos et ore
mus p̄ eis Nā si tātūmodo non le
das eum qui te lesit auertas te ta
men ab eo nec libenter eum videas
manet sine dubio vuln⁹ in pectore
et dolor dolor augescit i corde Qd̄
si est nōdum vtiq̄ xp̄s qd̄ mādauit
expletur Nunquid tu ita vis p̄piti
um fieri deū vt nō te quidē ledat a
uertat se tamen abste. et peccatorū
tuorū memoriā teneat et videre te
nolit. Igitur qualē vis erga te esse
deum cū delictorum veniā poscis.
talem te exhibere debes his qui de
liquer̄t in te sicut et sapiētiū quidā
scribit dicens Homo homini tenz
iram et a dn̄o querit sanitatē si ipsa
erga hominē similem sibi nō habet
misericordiā Et quomō p̄ peccatis
suis exorat deum cū ip̄e caro sit ⁊ te
net iracūdiam quis p̄piciabitur pec
catis eius Vellem silere iam et huc

vsq; ꝓgressum finem ponere sermo
nibus meis. erubesco enim et con
fundor vltra ꝓcedere. Bellũ nanq;
hoc quo impugnam⁹ mandata cri
sti et inimicitias quas aduers⁹ cum
gerimus magis ac magis ꝓdit ser
mo ꝓcedens. Sed quid iterũ ꝓde
rit tacere cum reb⁹ ipsis arguamur
etiam silentes Quomodo autẽ la
tabim⁹ eũ qui nouit corda nostra
et iudicaturus est ea Quid ergo di
cã de illo mandato quo iubemur
non thesaurizare sup terrã qd̃ qui
dem faciunt pauci ceteri vero quasi
econtrario audierint p̃ceptum. et
q̃si dictũ sit adeos thesaurizate om
nimodo sup terram ita relinquen
tes celum adheserunt terre. et erga
pecuniam insaniunt congregandã
totoq; affectu deum quidem ode
runt diligunt aũt mammonã. Qd̃
autẽ dictum est nolite cogitare de
crastino nec audire ego scio aliquẽ
nec omnino seruare. et ꝓpterea de
mandato hoc dicere aliquid erube
sco sed cũ confusione p̃tereo. Etenĩ
oportebat nos quocũq; pacto lo
quente xp̃o et p̃nũtiante non dubi
tare sed credere Nunc vero cũ cau
sam etiam et traditiones adhibeat
mandatorum suorũ atq; exemplis
ea muniat validissimis. nec sic q̃dẽ
erubescimus Propter hoc enim et
auiũ que non arant neq; seminant
et liliorum que non nent similitudi
nes posuit vt nemo dubitaret et tñ
nos sicut gentes aut forte etiam de
sperabiliores gentib⁹ de his singu
lis cogitando consumimur. et cum
neq; orare pro his iubemur nos
omne studiũ erga hec expendimus
Sed de hoc vt dixi mandato eru
bescens plura dicere pretereo ad se
quentia venio si forte alicubi solaci
um qualecũq; mei pudoris inueniã
Quid ergo sequitur post hec Noli
te inquit iudicare vt nõ iudicemini
Ergo solatiũ cõfusionis mee inueni
re credebam augmenta nũc repper
ri si em̃ et iam nullũ nobis peccatũ
aliud fuisse admissum pro hoc solo
gehẽne nos tradi satis abũdeq; suf
ficeret quippe qui in aliorũ delictis
seueri et amarissimi iudices reside
mus nostras aũt trabes oculis ĩfix
as ꝓprijs nõ videmus qui aliena ⁊
iam minima sollicite ꝑscrutamur ⁊
ad cõdemnandũ ceteros omne vi
te nostre tempus absumim⁹ a quo
vitio neq; seculi hominẽ neq; mo
nachorũ vllũ facile inuenias liberũ
et quidem cũ tanta in hoc posita sit
cõminacõ Dicit em̃ diuina sentẽtia
In quo iudicio iudicaueritis iudi
cabitur de vobis. Cũ ergo mali h⁹
pena tãta quidem sit posita libido
vero aut voluptas vt in ceteris solz
peccatis ex hoc nulla sumatur om
nes tñ festini et p̃cipites huic vitio
se subiugarũt tãquã si studiũ nobis
sciant esse ꝓpositũ quis ad hoc ma
lum prior omniũ ꝑueniret Sic er
go nõ ꝑ vnam sz ꝑ omnes vt ita di
cã vias ⁊ ꝑ omnes adit⁹ currimus ⁊
occupare festinamus ignes gehẽne
et nõ solũ ꝓ his que laboris aliquid
et cõtinentie videntur exigere ꝓni ĩ
eam ruimus sz etiam ꝓ his que le
uia sunt et neq; necessitatis aliquid
neq; illecebre quicquã cõtinent ac

voluptatis pari linea p̄uaricatiōis
vtrobiq; damnamur. Arguimur e
uim ex his facilibus ⁊ leuibus quod
etiam in illis que videntur laborio
sa esse ꝓpria ignauia desidiaq; deli
quimus Nam dic mihi quid labo
ris habet vt non iudices aliū neq;
aliena peccata discutias neq; con
demnes ꝓximum tuū. Immo vero
magis indiscutiendo ac ꝑquirēdo
aliena cōmissa labor est et iudicare
de alterius mente summa difficul
tas. Quis ergo hec audiens crede
re possit aliquando cū quod possu
mus sine labore mandatum labora
mus et innitimur vt p̄uaricemus
vt ꝑocium et neglegentiam pecca
remus esset fortasse aliquid vēie his
qui laborare nequiuissēt Vbi vero
laboratur vt peccetur studiūq; ad
hibetur et contentio quatenus pre
tereatur mandatum quis ē qui hoc
malo veniam speret hoc est conten
dere aduersus eum qui dedit p̄cep
ta et bellum legibus eius inferre qr
et reuera ipse p̄nunciauit de p̄cep
tis suis quod nihil in eis laboriosū
sit et nihil onerosum dicens iugum
meū suaue est et onus meum leue ē
et nos econtra grauia efficim⁹ que
ille leuia constituit que ille euauia
posuit nos faciam⁹ amara peccan
do Quod si laboriosum aliquid es
set ī p̄cepto merito decenter virtu
tem labor comitaret. Premia enī
sunt ꝓposita post laborem. Nunc
vero infelix anima nec hanc quidē
reuerentiam diuinis legibus dabt
vt sileat et quiescat nec ad p̄uarica
tionem laborando ꝑueniat quam

uis sint aliqua inquib⁹ paululū la
boris adhibendū est momentaneū
⁊ leue tribulatiōis nostre supra mo
dum et immensū eterne gl'e pond⁹
opatur nob Vides ergo q̄dquic in
p̄senti est leue est etiam si tribulacio
sit. quomō leue est quo immensum
pōdus future glorie leuem facit pre
sentis temporis tribulationem etiā
si sensib⁹ nostris grauis esse videat
Deniq; et ipsas causas in sequenti
b⁹ exponit q̄dquic leue duci iubeat
q̄dquid passio p̄sentis temporis in
tulerit et ait Nō respicientib⁹ nob
que vident sed que non videntur.
Que enim vident temporalia sūt.
que aūt non videntur eterna sunt.
Sed videam⁹ quid et alia manda
ta domini contineant. Nolite inq̄t
dare sanctū canibus neq; mittatis
margaritas vestras ante porcos At
nos laudis amore et iactantie vi
tio corrupti et huic p̄cepto contra
ria gerim⁹ atq; hominib⁹ neq; in
tellectū purū neq; fidem sanā gerē
tib⁹ insuper etiam peccatoꝝ macu
lis in nexis sine vlla discretione my
steriorū secreta nudam⁹ et priusq̄m
ment is ipsorū ꝓpositū nobis vl' sen
sus capacitas explorata sit diui
norum dogmatū verenda eis sacra
menta committim⁹ ⁊ quib⁹ prima
rudimenta vix dū tradi oporteret ī
terna eis adita scientie diuine pate
facim⁹ Propterea deniq; non nul
li vbi inmundis vt ita dicam pedi
bus sancta nostra cōculcata sunt et
pleno sordibus pectore hauserunt
purū diuine scientie poculū non so
lum euomuerūt quod hauserant. s;

et contra dixerũt et transuersi sunt
et insurgentes in eos iniurijs ⁊ ma
ledictis atq; accusacionib⁹ eos op
pbrysq; ruperũt et ita nobis q̃
dem ipsis et vite atq; existimacioni
nostre parcim⁹ dũmodo ꝑuarice
mus diuina ꝑcepta et non solũ in
hoc ꝑuaricem⁹ mandati hui⁹ vim
cũ eos quos nouim⁹ immunde vite
homines violentos rapaces impu
ros et pomnia porcis et canibus si
miles diuinis eos sacramẽtis par
ticipes effici patimur. Multũ est si
velim⁹ singula queq; mandata dis
cutere que omnimodis i cõtemptu
habent abhominib⁹ vt illud quod
incõsequentib⁹ dicit q̃cunq; volu
eritis vt faciant vobis homines ita
etiam vos facite eis similiter nos e
cõtrario omnia facim⁹ hominibus
que ipsi volum⁹ pati et rursꝰ qui iuꝰ
si sum⁹ pangustam viã incedere. p
latam semp incedim⁹. Et quidem
quod homines seculi latam viam
spaciosamq; gradiantur non valde
mirum est eos au tẽ qui vident su
stulisse crucem suam et sequi cristũ
p hanc latam et spaciosam velle in
cedere non tibi ꝓdigiosum videt.
Deniq; monachi cũ demonasterijs
requirũt et de lo is habitacionũ p
contant ante omnia requirũt si req̃
es sit in loco si abundẽt omnia. si a
quarũ copia fluat Sed et si debere
mo requirãt eciã ibi ante omnia de
requie ꝓtractãt et de oportunitate
ministerij corporalis Jam vo si ad
aliquã dispensacionem vocaueris.
aut aliquid ministerij diuini iniun
gere volueris. ꝓma statim solicitudo
est ei⁹ et prima verba ista sunt si est
ibi requies quo eundũ est si inueni
antur que necessaria sunt abundã
tur si nihil desit eorũ que lata via et
spaciosa deposcit. Quid ais o hõ.
Quid loqueris Artam viam et an
gustam iussꝰ es ambulare vt quid
de requie vt q̃d de abundãcia pcõ
taris Per angustam ianuam intro
ire iussꝰ es vt quid amplũ requiris
ingressum Est aliquid ista pmuta
cione neq; Est aliud ista quersita
te deteri⁹. Verũne estimes me hec
dicentem alios incusare iam nũc ti
bi de me de me inquam ipso narra
bo. Etenim quondam cũ sedisset
animo derelicta vrbe trãsire ad ha
bitacula monachorũ ego scio quã
sollicite pscrutabar vnde nobis in
illis locis que necessaria sunt corpo
ri pberentur vt possibile esset et re
centis et diurni panis habere cotti
die copiam Sed et illud non segni
ter req̃rebam ne forte eodem oleo
olla et lucerna esset aptanda si nõ
leguminis grauis et solitari⁹ cibus
summi videret. sed ne opis aliquis
grauis essz exactor ne fodere coger
er aut lingua deferre aut aquã hu
meris portare vel cetera hui⁹modi
exhibere ministeria ita omni sollici
tudine, preq̃ corporis pcontabar
Et quidem qui principib⁹ seculi mi
nistrãs horũ nihil req̃rũt sed tantũ
lucri aliquid temporalis habeat mi
litie ei⁹ loc⁹ Ad si solum esse cogno
nerit iam null⁹ refugit labor. nullũ
piculũ vitatur nulla dignitas excu
satur. Seruilia enim si ab ingenuo
deposcantur officia seruitia non re

gabit. pegrinationes longissimas
piculosissimasqz nō respuet contu
melias cruciatus ꝓmutaciones tē
porum feret Omnem sustinet labo
rem spe locelli. ne forte ab ipsa mise
rabili spe decipiatur ac decidat. nec
iam in maturam in locis pegrinis
mortem et subitam primescit sepa
cionem suorum coniugis etiam ac
liberorum absenciam tollerabiliter
patitur. Non patrie non carorum
mollitur affectu sed desiderio et cu
piditate pecunie velut amens agit
et amore eius incensus nihil labo
ris sentit nihil doloris intelligit.
Nos econtra qui nec peccuniam nec
sapienciam nec terram sed celum
petimus et ad celi divicias festina
mus quas nec oculꝰ vidit nec auꝛ
audiuit neqz in coꝛ hominis ascen
derunt hec inquam querentes et
ꝓbis celo ipsi vim parantes inferre
de requie coꝛporis ꝓcontamur. Vi
des quanto miseriores illis simus
et molliores. Quid dicis o homo.
quid agis celum paras ascendere t
regnum celi invadere et interrogas
ne qua tibi difficultas occurrat in iti
nere ne quid invia asperum tibi ac
cidat aut laboriosum et non erube
scis non pudoꝛe oppꝛssum sub terra
temetipsum defodis Si enim om
nia vel mala occurrerent si vniuer
sa tibi piculosa imminerent si con
uicia si iniurie si ignominie. si calū
nie si gladius si ignis. si ferrum. si
bestie. si ꝑcipicia. si fames. si egritu
do et cuncta que vel dici vel excogi
tari possunt mala supꝛ te irruerent
dignum aliquid erat. non tibi hec
omnia ꝓ tantis et talibus causis ri
denda ꝓsus et penitus spernēda vi
dentur Anilis anime est metus hic
et effeminate Erit ergo aliquis ita
abiectus et infelix et ita degeneris
animi. vt celum cupiens ascendere
de terrena cogitet requie quam nō
solum requirere sed etiam ꝑparatā
recipere indecoꝛū est. Aut non tibi
videtur absurdum vt hiquoqz qui
amoꝛe humano flagrant totā men
tem suam totāqz cogitacionē in illꝰ
habeant quos amāt. et si absentes
sint coꝛde et cogitacione cū illis sunt
nec aliud aliquid sibi dulce esse in
ꝑsenti vita deputent nisi aut ipsos
videre si liceat aut si id non poteſt
de ipsis absentibus cogitare Nos
autem qui amoꝛe sancto incoꝛrup
toqz flagramus omissa cura et solli
citudine eiꝰ quē amamus requiri
mus ea que amoꝛem nostrū non so
lum nihil iuuare sꝫ et impedire plu
rimū possunt Non video karissime
qd aliquis nostrum vera et ꝑfecta
cupidine celestium teneat. Alioqn
omnia que videnꝰ esse grauia vm
bras putamus et risum Et hoc nō
ego ex meis verbis sꝫ illiꝰ qui huiꝰ
modi amoꝛe insaniuit insania salu
tari docere temptabo. Illum dico
christi amatoꝛem q̄ tāto igne amo
ris eiꝰ exarsit. vt moras vite eiꝰ et
dilacionē ꝓfessionis sue qua redire
moꝛabatur ingemisceret ac doleꝛs
et querelas suas ꝓ hec verba signa
ret Positi inquit i tabernaculo isto
ingemicimꝰ Iterum Desideriū ha
bens reuerti et cum christo esse mul
to enī melius est Sed qm̄ hoc inq̄t

placet illi quem amo . pmanere in carne necessarium ppter nos Vt enim christi fides p̄dicetur et vt ip̄e abomnibus ametur . ppterea et famem et sitim et nuditatem ꝛ vincula mortesq; sustineo et maris pericula et naufragia cunctaq; omnino q̄ inferuntur in me libens p̄fero ꝛ nō solum mihi nihil horū graue est sz et p̄ his omnibus glorior Causa aū mihi gliandi p̄ his caritas christi ē In his enim inquit omnibus superamus ppter eū qui dilexit nos . Ad si amor hominum frequenter . etiā mortem subire psuasit quomō non amor christi non solum laboris patienciam sed et mortis tollerancia psuadebit . sicut et huic amatori quem supra ostendimus omnia p̄ nichilo ducenti . dum nimis amor eius inheret Neq; enim sibi videbatur interris esse neq; p̄sentē vitā hanc cū hominib⁹ ducere . sed tam q̄m si iam haberz in celis conuersationem suam et quasi facie ad faciē p̄spiceret bona futura ita spnebat cunctaq; inp̄senti vita vl̄ delectabilia vel tristia videbant . Nulla ei cogitacio nullus sermo de requie erat quod nos et frequenci⁹ et solliciti⁹ queriuus sed clamabat dicens . Vsq; ad hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphizamur et instabiles sumus vnde ꝛ laboramus opantes manibus nostris . Maledicimur et benedicim⁹ p̄secucionem patimur et sustinem⁹ blasphemati depcamur tāq; purgamēta hui⁹ mundi facti sum⁹ omnium pipsima vsq; ad hunc Persingula enim oculos mentis sue conuertens ad celum et decore celestium tract⁹ reuerti rursus ad terrena recusabat Sed sicut is qui in paupertate posit⁹ intra vile et humile tugurium vixit . si forte regem nideat auro multo et margaritis ac purpura refulgētem vltra iam non vult tugurij paupis recordari nec penurie sue ad āimū reuocare memoriā . sed ait q̄tenus omnia possit absplendore et gloria regis quam continues admiratus ē et dilexit inseparabilis effici . ita ꝛ paulus vbi p̄spexit illa que in celis sunt contēplit ista egestatis et squaloris plena que interris sunt et cum hominibus quidem p̄ necessitate terreni corporis conuersatur mēte vero et sollicitudine totum se illuc transfert quo eum amoris sui ducit intēcio . Etiā si triste hic aliquid p̄ferat animo ibi occupato non sentit etiā si delectabile aliquid aut suaue aliquid videatur illa delectacio ꝛ illa suauitas q̄m p̄ spiritum contuetur delectacionem huius suauitat⁹ obscurat . Intantū eteni succensus ē ꝛ ardz amore x̄pi vt ei etiā si flamas ipsas adhibeas nesciat non sentiat non urat Multa nāq; vehementior est ignis x̄pi quo vrit p̄ amorem Non erat sicut nos mercennarij q̄ timore gehenne regnū christi requirim⁹ sed ille alio quodā pacto mlto p̄stancioze et beacioze desiderio cōstrict⁹ . ita fert omnia vt ex his que parit penis solatia magis amoris sui capiat q̄m dolorem corporis sentiat Ita enim totā mentem ei⁹ devinxit amor christi . vt et hoc quod p̄ceteris omnib⁹ amabili⁹ erat esse

cū xp̄o rursum id ipsum q̄rita placeret cōtempneret sed et celorum regno quod videtur esse laborū remuneracio p xp̄o nihilomin⁹ carere pateretur abip̄o etiam christo anathema effici p xp̄o optabile habuit Sed fortasse min⁹ planū videat esse quod dico. quod tamen si explanare voluero. tūc iam non obscurū sed credibile fiet his dumtaxat ipsis quib⁹ prius videbatur obscurū. Quod tamē etiā beatus ipse quia icredibile futurū p̄spexit cū quadam p̄testacione significavit dicēs Veritatē dico in xp̄o non mencior testimoniū michi reddente conscientia mea i spiritu sancto q̄ō tristicia est mihi magna et cōtinu⁹ dolor cordi meo Optabam enim ego ipse anathema esse a xp̄o p̄ fratrib⁹ meis Et tamē cū p̄testatus sit et conscientiā suam ad testimoniū invocaret. adhuc min⁹ credibile videtur apud homines qđ abipso velit anathema fieri p̄ quo vult etiā anathema fieri Quid vero illud est quod cū disputasset de his q̄ in hoc seculo agerētur malis addidit et dicit. quis nos sepabit a caritate xp̄i tribulacio an angustia an p̄secucio. an fames. an nuditas. an piculum. an gladius Et enumerās omnia q̄ in terris sunt. ascendit etiam in celum et ostendere volens quia nihil magnū est si cōtempnas terrēa supplicia p̄pter xp̄m adiecit etiā hoc q̄ neq̄ angelus. neq̄ principat⁹. neq̄ virtutes neq̄ p̄sentia. neq̄ futura. neq̄ altitudo. neq̄ p̄fundū. neq̄ alia creatura poterit nos separe a caritate dei que ē in xp̄o iesu domino nr̄o. Quod aūt dicit tale est. Non solū homines abstrahere me nō possūt ab amore xp̄i sed nec angeli quidē neq̄ omnes simul celorū virtutes si cōueniāt in vnum ab eius caritate separe me poterūt Nec si a regno me decedere necesse sit aut etiā in gehennā tradi p̄ xp̄o non hoc q̄dem mihi metuendum est. Quod enim ait altitudo et p̄fundum et vita et mors. non aliud michi indicare q̄m regnū celorū videtur et gehennā Nec aūt dicebat nō quo angeli affectare possent aliquādo eum a xp̄o separare sed etiā ea que impossibilia sunt verbi gratia fieri posse dicit magis q̄z se a xp̄i amore se iungi. vt p̄ hec quāta in eo vis esset dei caritatis ostenderet. atq̄z omnib⁹ ante oculos poneret Hic enim amantiū mos est vt amorem suum silentio tegere neq̄ant sed necessarijs suis et caris efferunt produnt. et flammas suas inter pect⁹ cohibere non possunt. enarrāt frequenti⁹ vt ipsa assiduitate narrandi amoris sui solaciū capiant et refrigeria immensi ardoris assumāt Sic ergo facit beat⁹ hic et eximi⁹ amator xp̄i omnia que sunt t̄ que erunt et que accidere possunt et q̄ omnino non possunt simul cōplectit visibilia et invisibilia oēz requiem cunctaq̄z supplicia. et q̄si non sufficientibus bonis solis ad amoris sui vim et magnitudinem complectendam assumit t̄ tristiciā sed et ea que non sunt cōmemorat vt ostendat quia et si essent ea que nō sunt se tamē mouere a p̄posito

aut mutare non possent Nam creaturam aliã vtiqz de his dicit que non sunt .quod si illi non sufficiũt omnia que sunt vt moueatur a caritate dei que est i xpõ iesu sed que non sunt,puocat qdamodo ad certamen et ad tam excelsa cõscendẽs nos qui iubemur eius esse imitatores nec istas quidem tribulaciões ferimus que cõmunes nobis habẽtur cũ ceteris sed dissoluimur et relaxamur et quasi frebrib9 defatigati deficimus ac tamquã longa et diutina egritudine cõsumpti de omni sanitatis spe penitus despam9. Sed et si aliquis nob exempla apostolorũ adducat in medio et dicat sequi nos debere et imitari vite eorum,ppositum gestorumqz regulas custodire .respondebimus statim qm̃ nobis impossibile sit illos imitare et virtutes eorũ tenere mensuras Quod si etiam causam pconte tur nos continuo stultam illam responsionem absurdamqz,pferim9 dicentes Ille paulus erat .r ille petrus erat .et ille iohãnes erat.quid est ille paulus erat dic mihi.et qdẽ ille petr9 erat.Nonne eiusdẽ nature erant cuius et nos nonne eadẽ via igressi sunt hũc mũdũ q r nos non eisdem cibis vtebantur atqz eundem respirabãt aerem .nõ eiusdem vite vsibus agebant noñe alii qui ipsorũ etiã coniugia expti sunt et filios,pcrearũt quidã vero ipox etiã opifices arcium communium erant .aly vero r lapsus expti sunt peccatorum atqz adultimum i malorũ baratrũ deciderũt .Sed multum inquit illi gratie a domino accepant Si quidem mortuos suscitare iuberentur aut oculos apire cecoz aut mundare lepsos vl claudos erigere .aut demões effugare aliasqz his similes sanare egritudines locum haberet ista responsio . Si vero a nobis vite obseruantia cõuersacionesqz requiruntur r obediencie ratio quid facit ad ista narracio Et tu enim pcepisti graciam dei per baptismum et participium sancti spiritus cõsecut9 es etiam si nõ adhoc vt signa faceres sed qñ tum sufficeret adhoc vt recte vite obseruantiã custodires r ideo pdicionis nostre causa nulla alia ẽ qm̃ neglegẽcia nostra atqz desidia. sed et xp̃us in die illa remmneraturum se,pmittit non eos qui signa r pdigia sed qui pcepta sua fecerit dicẽs Venite benedicti patris mei pcipite regnum qd vobis paratũ est a cõstitucione mundi Nõ dixit qz mirabilia fecistis . sed qz esurini et dedistis mihi manducare .sitini et dedistis mihi bibere pegrin9 fui et collegistis me .nud9 r operuistis me infirm9 et visitastis me incarcere r venistis adme Sed et beatos non dicit eos qui signa r mirabilia fecerint sed humiles spiritu mansuetos lugẽtes esurientes et sicientes iusticiam pacificos et mundo corde atqz eos qui psecutionem pacientur,pter iusticiam Nusquã itaqz i ope signorũ et mirabilium beatitudo ponitur sed i expleciõe mãdatorũ et pfectione virtutũ. Nam et ipsi illi beati qui hec fecerũt non ideo in admiracione nobis sunt qz signa ostendebãt r pdigia hoc enim

cotum dei gracia fuit. sed ꝓ virtutibus animi magni habentur et clari qđ vtiq; nutu quidem diuino et gracia celesti ꝓprio tamē studio ac labore opati sunt Non ego sum q̄ hec dico sed ille ipse imitator cristi. Cum enim aduersum pseudo apostolus agens scriberet atq; indicia praue doctrine et minus ꝓbe discipulos edoceret nō dixit ex mirabilibus et signis intelligi deberc ministros xp̄i sed ait Ministri xp̄i sūt tamq; insipiens dico plus ego. In laboribus abundancius in plagis supra modum in mortibus freq̄ter a iudeis quinquies quadragenas vnaminus accepi. ter virgis cesus sum semel lapidatus sum. ter naufragium feci die et nocte in ꝓfundo maris. fui in itineribus sepius periculis fluminum periculis latronum. periculis ex gentibus. periculis inciuitate periculis in deserto. periculis in mari periculis in falsis fratribus in labore et fatigatione in vigilijs frequenter in fame et siti in ieiunijs multis. in frigore et nuditate p̄ter illa que extrinsecus sunt concursus in me cotidianus sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur et ego nō infirmor. quis scandalizatur et ego non vror. Hides ꝓ quibus et qualibus gestis mirandi sunt apostoli. Nam qui signorum et ꝓdigiorum indicys ꝓbari vult non potest probus videri quia et ipse dominus t saluator noster non dixit ex signis et mirabilibus agnoscetis eos sed ait exfructib⁹ eorum cognoscetis eos Et iterū dicit Multi mihi dicūt i illa die dñe domine nonne in nomine tuo ꝓphetauimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus et tunc dicam eis nō noui vos discedite a me operarij iniquitatis Propter hoc autem et discipulos monebat dicens Nolite gaudere qm̄ demonia vobis subiecta sunt. sed in hoc gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celo Vita etenim bona atq; actus ꝓbi etiā sine signis et mirabilibus merentur coronam iniqua autem conuersacio etiā si signa et ꝓdigia fecerit non euadet supplicia et ido supfluo hec querunt ymmo et picu lose Nam possimus ex his hereticis etiā occasionem dare si dicam⁹ quia apostoli et omnes sancti nō ex ꝓposito sui laboris mirabiles facti sunt sed ex dei gracia sola. Dicent enim · Et quid ergo omnes ꝓbibet tales fieri gracia dei si nichil requirat a nobis sed ipse est qui fac vnū quemq; ꝓfectū cur non omnibus ex equo infundit et fiunt omnes repenti ꝓfecti. non enim est ꝓsonarum acceptor deus. Sed qm̄ non sola gracia dei hoc agit requiritur em̄ vt et nos quod in ꝓposito et viribus nostris est expleamus id circo venit ad vnū quēq; gracia dei sed apud eos qui digne explent ea que i ipsis sunt ꝓmanet ab his vero qui indigne agunt cito discedit ad eos autē qui nec inicium faciunt cōuertendi ad deum omnino nec venit. Rectas em̄ mentes diligit et sine fuco ꝓpositū qđ etiā i paulo ꝓspiciēs licz adhuc itinere alio videretur i cedere tm̄ q; ꝓposito recto t zelo dei hec agebat dicit de eo dominus. quia vas electionis mihi ē oportz eū nomē meū coram gētib⁹ t regib⁹ omniq; pplo isrl annūciare

hec autem testatus de eo est prius
quam gratia dei daretur ei. ¶Non
ergo nos metipsos seducamus di-
centes impossibile est vt sit aliquis
sic̄ paulus Siquidem signorum ac
mirabilium et sapiētie gratieq̄ ei⁹
contemplacione nullus poterit eē
paulus vite autem racione et con
uersacionis diligencia p̄sto est volē
ti imitari eum Quod quia non fit
voluntas in culpa est. Sed nescio
quomodo inhanc stulticiam deuēi
vt paulo similes ex his aliquos q̄
nunc homines viuunt requiram.
Vtinam vel tercio vel quarto post
ipsum loco aliquis possit inueniri
Et ideo lugendum est et ideo flen-
dum ꝛ p̄ totam vitam plangendū
vt vel sic occupata in luctu et lacri-
mis anima erubescat aliquādo pec
care Deniq̄ requiramus alugenti
istos dico p̄ carorum suorum amissi
one lugentes et in egestate positos
et non qualescunq̄ humiles sed il
los ipsos potentes et diuites et in
delicijs agentes qui ventri et vo-
luptati viuunt qui p̄dia vsq̄ ad
vesp̄am cenas vsq̄ medium noctē
extendunt qui aliena diripiunt ꝛ p̄
pria p̄fundunt istos ipsos interro
gemus si quando aut vnicum pa-
filium aut vxor cito ereptum con
iugem plangit quomodo velut flu
mine quodam iacta anima contre
miscit et instupozem vertit aut fu-
giunt continuo nusq̄ apparēt om
nes ie molles et resolute delicte nus
q̄ ventris cura aut sollicitudo car
nis habetur sed acerime continē
cie introducitur philosophia absti
netur ab omnibus aguntur exten-
ta ieiunia inges vigilie omnes r̄q̄e
scitur summū silenciū quies mag-
na humilitas vltima mansuetudo
ineffabilis miseracio immensa etiā
si auferantur omnia etiam si diripi
antur nihil p̄ his animus curat ni
hil mouetur. etiam si igni concre-
mentur vniuersa et census pariter
cum domibus peat non indigna
tur non irascitur Multos ego noui
post amissionem carorum nec vr-
bes habitare voluisse. sz cōmigras-
se ad agros atq̄ ieiunia et sobriam
vitam cum omni silencio et quiete
duxisse Alios memini inipsis defūc
torum suorum sepulchris habita-
culum posuisse atq̄ inibi vitā mor
tuo similem transegisse. ¶Nec p⁹mo
dum interim donec dolor in aug-
mentis ē animus nihil curat nihil
cogitat p̄cul omnis illa insania cō
gregande peccunie p̄cul omnis cu
piditas possidendi honoris aūt et
ambicionis omnis apud eos gl̄a
tunc vere vt fenum et velut flos fe
ni videt et talis qualis si quis flā-
mam tristicie in cinerem verterit
ita ex omni parte anima transfert
ad philosophiam vt deliciarum ꝛ
suauitatum vite huius ne sermo q̄
dem vllus habeatur ymmo poci⁹
si quid prius delectabile visum est
si quid gratum id nūc amarissimū
et odibile ducitur ¶Nullus famulo
rum sed ne amicorum quidam q̄s
quam ꝛ familiarum aliquid i auri
bus eius loqui audebit de his que
vite huius videtur esse necessaria
sz tantūmodo de humanarū rerū
caduco et fragili statu et de incer-
tis vite huius et lubricis rebus-

sermo mouebitur. Mutabilitas ac
varietas mortalis vite philosophi
cis assercionib⁹ exponetur atq; oī
exparte anima ꝑ dolorem luct⁹ tā
quā inquodā secrario collocata no
uis nūc denature humane imbuit̄
disciplinis. vt angnoscere incipiat
et sentre p̄sentis seculi fragilitatem
quā instabilis sit et quā cito fugiat
omne qd̄ ineo magnū videtur quā
q̄ꝫ fluxū et corruptibilis sit mundi
status vt ꝙ oīa tāq̄ꝫ inscema agāt̄
et mille tūc miserie appareāt. Tūc
ꝓbrose dinicie tunc videt̄ feda iac-
tancia inuidia vero et ira et concu
